



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 5781

De Posteriore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32449

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

Quarta.

QVARTA, Rho. xiiij. Apostolus dicit. Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas, nisi a deo. Quae- cunq; aucta deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistunt potestati, dei ordinationi resistunt, qui aut deo resistunt, ipsi damnationem sibi ac- quirunt. Hac certe omnium robustissima: quantum ego capio: causa, nos Rho, Pontifici subiecti sumus. in qua dare aasserit, nullam potesta- tem nec esse quidem posse, nisi a deo. Cum aut Rho, pontificis pote- stas iam sit robustissime stabilita, vt videmus, certe non oportet dei ordinationem hanc impugnare. sed quanta gra est, humiliter sustine- re, etiam si iniusta esset, & iudicium deo relinquere.

Quinta.

QVINTA, est beatus Petrus docens, vt subditi simus omni hu- manae creaturae, quia sic est voluntas dei. At humana creaturam vo- cat magistratus, hominum arbitrio institutos, vt clarum est ex sequen- tibus. vbi dicit, siue regi tanq; pcellenti, siue duobus, tanq; ab eo mis- sis. CVM aut & Rho, pontificis potestatem arbitremur, huma- no decreto statutam, & ordinante deo sic roboratam, SINE crimine non est, qui sese sua auctoritate subdixerit.

Sexta.

SEXTA, ad hoc facit vnus ille consensus omnium fidelium, qui hodie sub Rho, pontifice sunt. Nam, cum potestas illa sit res tempo- ralis & longe submitienda vnitati fidelium, non sine foedissimo crimi- ne esse poterit, si propter rem temporalem, hunc tot fidelium comunem sensum despexerit: hoc est, Christum negauerit, & ecclesiam contemp- serit. An possibile est, Christum non esse inter tot ac tantos Christianos? Si aut Christum ibi est & Christiani, cum Christo & Christianis standum est in quacunq; re, quae contra dei praecipuum non fuerit. Haec inquam ratio fortis est, & insolubilis. Et ex his possunt multae aliae formari. quin huc potest vniuersa scriptura duci, vt quae vbiq; charitatem, humilitatem, vnitatem spiritus, & timorem dei comen- det, non violandas esse, pro vlla re mundi, nedum pro vnus uno po- tificatu vel primatu: etiam, si solo iure humano esset institutus. Et hac ratione: vt mihi videor: longe melius stabiliretur Rho, pontificis mo- narchia, si voluntatem dei & consensum fidelium, non tamen subditi, sed & Rho-pontifices attendere & timere cogentur: quae, dum ve- lut iure diuino teneant, vi & terrore extorqueat, non, nisi odium sibi acci- dunt in subditis, & sese per securitatem in tyrannidem paulatim confortant.

DE POSTERIORE.

Quod probationes hucusq; habitae nihil sint, tripliciter ostendam. PRIMO, scripturas adductas dissoluendo. SECVNDO, canonum seu decretalium inefficacem probationem. TERTIO, rationes robu- stissimas adducendo.

Ad primum. duae sunt auctoritates scripturae, quibus creditum est, stabiliri primatum Rho, ecclesiae.

Autoritates
scripturae, quibus primatus
R. p. probatur.

Primo, adducitur illa auctoritas Matth. xvi. Tu es Petrus & super haec petram aedificabo ecclesiam meam. Et, tibi dabo claves regni caelorum, &c. Ex hoc enim textu clamant, Petrum solum ac- cepisse claves, praeteris Apostolis,

Sed quo J hæc nihil ad hoc faciunt, probo.

PRIMUM, quod ipsimet iuristæ primatû huius assertores, recedunt ab hoc sensu, & negant hoc verbo, Petro datam primatû, consequenter & Rho, pontifici. sicut glosa in c. considerandum dist. I. Et Panor. de elec. c. significasti, vnde dicunt, Nô hoc verbo, sed illo verbo, PASCE oues meas, Petro esse collatum p̄dicatû ecclesiæ. Si ergo ipsis iuristis licet negare tot textus expressos decretorû, & dissentire omnibus, quæ dist. xvij. xvij. xix. xxi. xxij. tam copiose & pertinaciter, ex hoc verbo Matth. statuuntur, Cur mihi nô liceat frigidissima decreta appellare theologo, cum ea negare & annihilare liceat iuristis, persequantur primû seipfos, maioris criminis reos. aut, si veniam merentur decretorû negatores & cassatores, sine peccato erit, qui inefficaces asserit, & frigiditas decretorû probationes. Neq; enim ego ea negavi, sicut illi. sed frigere tm̄ ad probandû dixi, sicut re vera frigent, nisi qd' ad locupletandû locum valent. exemplo eorum, quæ per vim dicuntur, & in alienâ sententiam trahuntur. Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ipsimet discedunt. nihil istis decretis p̄batur, quæ ipsimet negant, neutrisq; cōfidunt. Et mouentur ad hoc factis forti ratione, quæ aduersarios reddat inuictos, scilicet hæc, quod Christus (vt etiã b. Hiero, eodem loco exponit) nô tradit Petro clauas, sed promittit dumtaxat, Ideo currendû esse ad locum, in quo tradit clauas. Et tunc inuenitur illud Iohannis vlt. qd' non ad Petrû, sed ad omnes dicit, ACCIPITE spiritû sanctum, quorû remiseritis peccata, &c. Ex quibus verbis liquet, non solum, quibus in Petro clauas promiserit, nempe toti ecclesiæ. Sed etiam, quid per clauas p̄missas intelligi velit, nempe, remissionem & retentionem peccatorum.

SECUNDO, qd' idem verbû Christi, male decreta aptant soli Petro & Rho, p̄dicatû. Nam apud sanctos patres, Christus hoc verbû dixisse ad ecclesiã & omnes Apostolos, in persona Petri asserit. Quorû primû est d. Hiero, qui hoc loco interpretatus verbû Petri, dicit. Petrus ex persona omnium Apostolorû cōfiteatur dicens, Tu es Christus filius dei viui. Et in hoc sequitur suum (vt solet) Origenem, qui idem eodem loco sentit.

CHRYSOSTOMVS aut, & si hunc locum totû in Petri laudem trahat, dicens eum caput & pastorem constitutû ecclesiæ futuræ, & toti orbi p̄positû, tamen & ipse vocat eum os Apostolorû, qd' vni cui respondit, dicens, Petrus omnium Apostolorû os, & vertex cōfortii totius, cum omnes interrogati essent, ipse solus respōdet. Ergo, nô ad solum Petrum iste locus pertinet, sed ad omnes, etiã si primus & princeps inter Apostolos ipse fuerit.

B. AVGV. ps. cvij. sicut quædam dicuntur, quæ, cum ad Apostolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illius sensum intellectû, nisi cum referuntur ad ecclesiã, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personã, propter primatû, quæ in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo clauas regni cœlorum, & si qua huiusmodi. Ita Iudas personam sustinet quodãmodo inimicorû Christi &c. Vides, qd' clauas, ecclesiæ, in persona Petri, datas asserit. Idem lib. i. de doct.

Primo, attoritates scripturæ soluit.

Inter iurist. cōsultos etiã nô conuenit de asserendo primatu.

Cur frigidissima appellari decreta.

Dabo clauas. Nô tradit clauas, sed promittit, vt exponit Hiero.

Secundo, f. patres hoc verbû aptat non soli Petro & R. p. sed ecclesiæ & omnibus Aplis i persona Petri. Hieron. & Orige.

Vide quid dicat b. Augu, & in ho. vbi Christû ait. Aedifico te super me, non me super te &c.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

Christ. c. xvij. has igitur claves dedit ecclesiae suae, vt quaecumq; solueret in terra, soluta essent & in caelis.

ET cur non nos ipsi potius textum & verba Christi cōsideramus, qui nos clarius per seipsum instruet?

Argumentū
ex ipso cōtextu
euāgelico.
B. Hiero.

DICIT itaq; venit Ihesus in partes Caesareae Philippi, & interrogauit discipulos suos, Quē dicunt hoīes esse filiū hoīs? & c. vbi significat b. Hiero, obseruat, aliter Chrm interrogasse de se, qm hoīm, aliter, qm Apłorū sentētia quesiuit, illos vocat hoīes, hos autē deos esse significat. Deinde, de hoīb; quārens, filiū hoīs se appellat, velut vago noīe. At ex apostolis quārens, me, inquit, certā & singularē personā monstrans, Atq; vbi de homibus quārit, nullus designatus discipulus respondet. Ad significadū, qd sine nomine sunt, qui indigna de filio dei sentiunt. Quibus adde & hoc, qd opiniones incōstantes sunt hoīm de Christo. At vbi apłos de se interrogat, ibi signatus vnus certus respondet, & cōstantem absoluit, & pronunciat fidei cōfessionem, vt veram Christi cognitionē, in vnitāte & firmitate cōfiteri, nō multorū opinionibus, velut arundinem agitari, doceret. Vides ergo adhuc nihil ad petrum proprie pertinere, nisi qd commune organum est, omnium Apostolorum.

Aliud argu-
mentum,

IAM illud vide, qd & a laicis obseruatū ipse didici (est etiam in laicis spūs Christi) verbū hoc Christi nō posse ad solum petrum dictum intelligi, quia Christus, nō solum petrū, sed omēs apłos requirit, dicens. Vos autē quē me esse dicitis, nō dixit. Tu petre, quē me esse dicitis? Nisi ergo per petrū oēs discipuli respōdissent, certe discipuli nō fuissent, nec magistrū audissent, nec satisfecissent interroganti, qd est impiū de apłis sentire. Relinquitur ergo, qd Christus respōsum petri acceptarit, nō pro solo petro, sed pro toto collegio apłorū & discipulorū. Alioquin, & alios q; denuo interrogasset. Ex quibus vltērius sequitur, qd sicut Christus personā respondentis petri pro omnibus acceptat, ita sequenter quoq; nō ad solū petrū, sed ad omnes, quorū persona petrus loquitur, dicat, Tu es Petrus, tibi dabo claves &c. Alioquin, scriptura nō recte intelligitur, nisi pcedentia & sequētia recte cōferantur. Atq; vt hoc eo sit certius, non soli petro a Christo aliqd dictū esse, exponit seipsum Christū, cui loquatur, & cui tradat claves, dicens. Beat⁹ es Simō Bariana, caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis. OBSECRŌ, quid hic potest cōtra vel fingi, quid apertius dici, quā qd petrus in hac persona nō est petrus, nō est caro, necq; sanguis; sed est is, cui reuelat pater, oīno petrus extra hoīem ponitur, & iam nō est vlla persona per se, sed reuelantis patris auditor. Nō Simon Bariona, hęc respondet. nō caro & sanguis, sed reuelationis paternae auditor. Potest ne hic calūniator vllus verbū Christi ad petrum hoīem torquere? Quid ergo is qui auditor est paternae reuelationis, huic datur claves, nō petro, nō filio Iohannis, nō carni & sanguini, qd si ita est, pronum iam sequitur, quod nulli priuato homini datae sunt claves, sed soli ecclesiae, quia, de nullo priuato homine certi sumus, habeat nec ne, reuelat

Scriptura nō
sibi cōstat, ni
si sequētia cū
præcedētib;
cōferas.

Certū ar-
gumentū ex
verbis Chri.

tionem patris. Ecclesia aut ipsa est, de qua dubitari non licet. cum sit corpus Christi, vna caro, eodem spiritu viuens, quo Christus. Ipsa est petrus ille auditor reuelationis, & acceptor clauū. quia hic symbolū stat firmiter, Credo ecclesiam sanctā, cōmunionem sanctorū, Nō, vt nunc aliqui somniant, Credo ecclesiam sanctā, esse prelatū, vel aliud quod fingunt. Torus mundus confitetur sese credere ecclesiam sanctam Catholicam aliud nihil esse, quā cōmunionem sanctorū. vnde & antiquitus articulus ille, sanctorū cōmunionem, non orabatur, vt ex Ruifini symbolo exposito videre licet, sed glossa aliqua forte, ecclesiam sanctā Catholicam exposuit esse, Cōmunionem sanctorum. qđ successu temporis in textū relatū, nunc simul oratur. Sed o necessāriū & optabilissimū factum, propter eos, qui ecclesiā hodie quiduis vocant, quā cōmunionem sanctorum.

SEQ VITVR aut: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Si per hanc petram intelligimus potestatem papæ, vide quid facimus. primū sequitur, qđ ecclesia primitiua Apostolorū non fuit ecclesia. quia petrus (vt solidis probem argumentis) anno decimo octa uo adhuc fuit Hierosolymis, necdum viderat rhomā, qđ ex paulo ad Galatas clarū fit: Qui scribit se, post conuersionem sui abiisse primū in Arabiam. deinde, post annos tres venisse Hierosolymā videre petrum. Ac postea, post quatuordecim annos ascendisse, & contulisse cum Iacobo, petro & Ioanne euangelium præputi. Q VIS aut ita insaniat quæso vel Orestes, ecclesiam Hierosolymitanā & Catholicā, non fuisse ecclesiā. quia potestas Rho, ecclesiæ nōdum fuit, nec forte fides eius. Nō ergo super petram id, est, potestatem Rho, ecclesiæ, sicut decreta quædā exponūt, sed supra fidē a petro, sub totius ecclesiæ persona confessam, ædificata est. cum & vniuersalis & Catholica ecclesia, tanto tempore ante Rho, ecclesiam fuerit.

VLTERIVS, Matth. xviij. in plurali numero dicit, non ad petrum, non ad Apostolos, sed ad ecclesiā, dicens. Si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, Quæcunq; ligaueritis super terrā, ligata erunt & in celo. Accede nunc, qui vales, & hunc cum illo loco confer. Ille sonat, soli Petro datas clauas, hic negat, & nō soli datas asserit. Quomodo vtrunq; stabit: Cōcordandū vtrūq; est vtrunq; verbum, qđ idem Christus dixit. Si soli petro collatæ sunt, mendaciū est, qđ hic dicit omnibus collatas. Quis aut nō videat, hunc posteriorem locū esse interpretē prioris, & in hoc rem esse clare expositam. illic vero in Petro vnitatem multorū in ecclesia cōmendatam: Perspicuū est itaq; clauas esse ecclesiæ datas, nec est, qđ huic loco possit opponi, quando dicit. Dic ecclesiæ, Si ecclesiam nō audierit. Nō dicit, Dic Petro, si Petrum nō audierit &c. Quin vide quoqdā mirabile. illic incipit ab omnibus, dicens. quē vos me esse dicitis, & finit in vno Petro, dicens, Tu es, & tibi dabo. Hic contra, incipit ab vno dicens, Si peccauerit in te frater tuus &c. & desinit in omnibus, dicens, Quæcunq; ligaueritis &c. Nōne clarum est, per vnum Petrum illic idem voluisse, qđ hic per vniuersos, & clauas nō

B

Credo ecclesiā sanctā, cōmunionē sanctorum.

Olim nō orabatur, sanctorū cōmunionē.

Obserua absurdas consequentias, ex absurdo sensu.

Vide quā hic impingāt decreta:

Aliud argumentum.

Apparēt līræ dissentio, per collationē cōcilianda.

NOTA

DECIMATER TIAE CONCLVSIONIS,

Sacerdos vti esse vlltus hominis singularis, sed ecclesie & cōtatis. vt firmit̄ sit, fa-
tur clauibus, cerdorem nō suo iure, sed ministerio (quia ecclesie minister est) Ec-
vt minister, clētia clauibus vti, nec tanq̄ suis aut sibi, sed ecclesie traditis? CRE-
nō vt sibi, sed DO iam hęc ferme, fidem factura, hanc Matthei autoritatē, necq̄ ad
ecclesie tradi Petrum, necq̄ ad successorem, necq̄ ad vnā aliquā ecclesiam, sed ad om-
tis. nes ecclesias pertinere. Quia (vt dixi) quis poterit negare, illi esse cla-
ues traditas, qui reuelante patre Christū cōfiteretur? Quo posito, neces-
se est, vt vbi sit reuelatio patris & cōfessio Christi, illic & clauēs. At
hęc, in qualibet ecclesia est, non aut̄ in vlllo vno singulari & in certo
homine. Quod, vt Christus nobis cōmendaret, statim post glorio-
sam istam Petri cōmēdatiōnē, cum eum Petrus phibuit, ne morere-
tur, audiuit, Vade post me Satana. nō em̄ sapias ea, quę dei sunt. Quid
hoc est; nō sapit Petrus, quę dei sunt? Nōne pater reuelauit ei? Si hęc
ante cōmendatiōnē Petri facta fuissent, aliquid momenti haberet,
Petrum pro sua & successorū, aut vnus ecclesie persona fuisse com-
mendatū. At nunc, cum post cōmendatiōnē vituperet, vt ignarū? di-
clarū sit, illum superiōrē Petrū, qui clauēs accepit, nō fuisse Petrū fi-
liū Bariona, sed ecclesiam filiā dei, quę verbo dei genita, verbū dei
audit & cōfiteretur perseuerāter in finē, nō aliqui nō sapiens quę dei
sunt, & retro abite iusta sicut Petrus. Aut, si hoc ad rho, pōtificem &
ecclesiam pertinet, qđ ad Petrū dicitur, Tibi dabo clauēs, iam irrefra-
gabili sequela etiā ad eandē & illud pertinebit. Vade post me Sata-
na. nō em̄ sapias quę dei sunt, quia & hęc ad Petrū rho, ecclesie fu-
turū Ep̄m dicta sunt, Aut, si hęc nō ad se pertinere putant, iam nul-
la rōne cōuincere p̄nt, ea quę superius dicta sunt, ad se pertinere.

Vade post
me Satana.

Ecclesia filia
dei.

Attende de-
ductionem.

Quō resistē
dū hæreticis
nos vrgētib?

Alia ratio,

Intellige qđ
dicat. Euidēs
sed forte ar-
gumentum.

SED age latius, si oīno ad rigorem istum grāmaticū se recipiunt,
qđ soli Petro dictū est, Tu es Petrus. tibi dabo clauēs &c. Quō resi-
stemus hæreticis, si qui hoc nostro rigore verborū nixi, nos vrgent
& dicāt. Esto, ad solū Petrū hęc dicta sunt, ergo nō ad successorē, et
go ecclesie clauēs cū Petro venerunt & abierunt, vbi ergo nunc te-
desia? Nō em̄ ad plures pertinere pōt, qđ ad vnū dicitur, sicut illud,
Cū iunior esses, cingebas te &c. qđ ad solū Petrū ita dictū est, vt cū
Petro impletū & finitū sit, ad nullū successorē eius pertinens.

SI AVTEM, ad successorē & aliquā ecclesiam dictū est, iam nul-
la rōne phiberi pōt, quin ad oēs dictū sit, immo, necessaria rōne, ad
ap̄los omnes, qui præsentē erant, magis quā ad vnus Petri succes-
sore, qui nōdum erant, dictū accipietur. Qđ, si ad omēs ap̄los, iam
etiā ad oīm ap̄lorū, & nō vnus ap̄li successorē, dictū intelligitur.

SED respōdeat t̄m̄ mihi qui pōt. Quis nam credēdus sit habere
clauēs, etiā in rho, ecclesia? An ipsa ecclesia an papa? & attende qđ di-
co. Qñ papa eligitur, an secū assert clauēs an nō? Si assert, ergo erat
Papa, ante qđ eligeretur. Si nō assert, a quo accipit; nunquid ab angelo
de celo; nōne ab ecclesia? Item qñ Papa moritur, cui relinquit clauēs,
a fert eas secū; Si nō aufert, cui relinquit nisi ecclesie, a qua accipit.
Quid igitur pōt dici cōtra hanc euidentissimā experientiam, optimam
euangelii interpretem, Clauēs, nec Petro, nec successori, sed soli eccle-

ſæ datas, a qua tanq̄ miniſter accipit, vſurus eis ſacerdos? Vbi nunc eſt q̄d ſoli Petro dictū eſſe putatur, Tibi dabo clauē. imo, vbi nunc eſt q̄d ſoli eccleſiæ rho, clauē datae ſunt; Neceſſe eſt, vt in qualibet eccleſiā clauē ſint, vt dixi ſupra.

ADHVC vñ dicā, & vt ap̄ Pauli argumēto rho. iij. vbi p̄bat ex circūſtātia tēporis & facti Abrahā, nō ex circūſiſiōe, ſed ex ſi de iuſtificatū. nulla alia rōne vſq̄ q̄d Abrahā añ circūſiſiōne fuerit iuit? apud deū per fidē. Si hoc eius argumētū valet, ſicut neceſſe eſt valere, neceſſe erit & hoc valere, q̄d nūc p̄duco in hūc modū. Petr? qñ clauē accepit a Chriſto (ſi oīno perſonā ei? ſolā cōtēdis accipere) nōdū erat Ep̄us vr̄bis Rhomæ (imo p̄prie nūq̄ fuit Ep̄us vlli? ciuitatis. Sed ap̄lus Ep̄orū inſtitutor, maior oib? Ep̄is) Sed erat vnus inter ap̄loſ. Ergo clauē nō ſunt ei datae, ſed m̄ q̄d poſtea, vel fact?, vel mutar? eſt, vel loco, vel officio. ſicut Abrahā nō eſt iuſticia reputata, qualicūq̄ poſt fidē factus eſt. Sed pur fuit ap̄luſ tm̄, & p̄ſertim habēs patris reuelationē. Quare prorfus nihil hęc autoritas ad rho, pontificem pertinet, etiā ſi ſoli Petro dicta fuiſſet. quanto nūc min? pertinet, quando nec ſoli Petri perſonā dicta conuincitur.

AD. O & aliud ſiſis formæ argumētū, q̄ Paul? rho. iij. & Gal. i. iij. vtiſ, dicēs. Q̄d ſicut Abrahā ex fide reputata eſt iuſticia, Ita & oib? q̄ credūt reputabiſ iuſticia. Quare & hiſ ſicut petro hñti reuelationē patris, & Chriſtū cōſiſtēti, clauē dant, Ita neceſſe eſt, oīni ſiſiter cōſiſtēti & reuelantē hñti clauē donatās eſſe, q̄d nullæ niſi eccleſiæ, id eſt, cōmunioni ſct̄orū cōuenire p̄dēt. cū nullus ſingularis fidelis, conſtāter & certo ac perſeuerāter hñe poſſit hanc confeſſionē. quum nec Petrus ipſe in eadē perſeuerarit. quia non mō aliqñ, ſed mox poſt acceptas clauē errauit. Et tm̄ non ſunt ei clauē rurſum ablatae, quia nō in ſua, ſed eccleſiæ perſona eas accepit. Q̄d, ſi hęc argumēta non concludunt, nec illa ap̄li pauli, quæ allegata ſunt.

VERVM, vt opinionē contrariā penit? iugulem?. Age, ſi iſta verba, Tibi dabo clauē &c. ad petrū & ſucceſſorē ei? pertinet, neceſſe erit, vt & p̄ceſſoria & ſequētia, ac vñ ſentētiæ cohærentia, ad eoſdē pertineāt. non em̄ in ſacris euāgelii verbis admittēdi ſunt, qui p̄ arbitrio ſenſus ſui, partē huc, partē illuc torquēt & rapiūt, ſed ex confequētia ſenſus & verborū & ex circūſtātiis, intelligētia referēda eſt, iuxta Hilarii documētū. Cū itaq̄ Chriſtus, clauē noluerit tradere, niſi prius oib? diſcipulis de ſui confeſſione exploratiſ, deinde, non niſi accepto & approbato reſponſo petri ex reuelatione patris loquētis. clarū eſt clauē non eſſe, niſi ei? qui talis eſt, qualis tūc petrus fuit. Quo ſequitur abſurdiſſima abſurditas, q̄d malus papa vel Ep̄us, non eſſet papa nec Ep̄us, quia non haberet fidē quæ conſtituit acceptorem clauē. Deinde ſequitur, contra textum & ſenſum eorum, quod nec petrus clauē accepit aut retinuerit. Quia Chriſtus dicit, quod, portæ inferi non præualeant aduerſus, vel eccleſiam, vel fidem, quā tūc petrus tenuit. At contra petrum præualuit etiam ancilla hoſtaria. Si itaq̄ illorum ſententiā ſtaret, neceſſaria omnino ſequela ſequetur.

B ij

Nō ſolū rho, ſed cuiſlibet eccleſiæ clauē ſunt datae.

Argumētū factū ad ſiſitudinē argumēti pauli ad rho. iij.

Siſis formæ argumētū.

Eccleſiā, ſanc torum cōio.

Expende q̄ afferuntur

Hilarii documētum. Suo aduerſarios gladio.

Attēde quo p̄grediatur.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

NOTA

Aut Rhomanos & omnes pōtīfices oportere esse sanctos, & habere patris reuelationem, nec esse carnem & sanguinem. Aut eos nō esse pōtīfices, nec habere clauē. Nec video quid cōtra hęc dici possit, cū stet tam clarus textus, qđ clauē sunt datā, nō nisi ei, qui carnē & sanguinem nō audit, sed patrem cōlestem hoc est, sanctū & iustum in spiritu. Alioquin, omīs pōtīfex est Satanas, nō sapiens quā dei sunt.

Donatistarū error.

At, si hoc dicimus, iam hęreticorū nouorū & antiquorū Donatistarum errorem renouamus. qui malū Episcopū, nō esse episcopū asseruerunt, qđ absita nobis, qui sanctæ & iustæ ecclesiæ, ministrum impium & malū esse posse cōfitemur. Ita fit, dum per hęc verba, volumus ex Rho, pōtīfice, solū, & omnem, & vniuersalem pōtīficem facere, nullum pōtīficem nobis relinquunt. vt videant, quo stipendio scripturas violentent adulatorē & ambīrosi, Reliquū ergo est, Eūāgelium hoc loco, nec ad Petrū, nec ad successorē eius, nec ad vllum Episcopū, aut vllum hominem singularem pertinere, sed ad cōmunionē sanctorū, quā est ecclesia. hęc deinceps potest clauē cōmittere, tum digno, tum indigno. indigno inquit, coram deo, quia nescit vtrū dignus deo. alioquin, nō nisi digno, coram hominibus cōmittere debet.

Conātes ex istis verbis, rho, pōtī, solū & oēm & vliēm pōtī, facere, nullū nobis pō, relinquant.

Quædā decreta nō solū sūt frigidissima, sed etiā sensū euan-gelico cōtraria.

QVARE SATIS patere arbitror, quando decreta quædam hunc textum, ad Rhomanā sedem & pontificem trahunt, non modo frigidissime (qđ modeste dixi) sed etiam cōtrarie sensui eūāgelico verbum Christi tractare. qđ clarius faciemus, quādo ea inferius examinabimus. Interim, de hac autoritate, satis sit in summa dictū. Qđ si cui clauē arrogatur, huic necessaria quocq; esse fidem Petri. Qđ si fides Petri necessaria esse negabitur, eadem ratione, negabitur & clauē esse ei datas, cum vtrunq; copulet & exprimat, immo, fidem magis & primo quærat Christus. Quare, nō nisi de ecclesia Christum esse locutum, clare intelligitur, nec de vna aliqua, sed de qua libet, in qualibet parte mundi.

Secūda autoritas scripturæ ad hoc nihil facere ostenditur.

SECUNDO, adducitur illud Iohan, vltio. SIMON diligis me, pasce oues meas. Hoc em̄, quia ad solum Petrum dictū putatur, ipsum super omnes cōstitutū arbitrantur. Verū, qđ & hęc nihil efficiat, ostendo. PRIMO, quia certissimū est, a Petro nullum Apostolorū esse, vel creatū, vel missum. quare nec verū, nec possibile est, Petro omnes oues esse cōmissas. sed generali sententia omnibus dictū, pasce oues meas, Nō em̄ dicit omnes, sicut ad omnes Apostolos dicit, Ite in orbem vniuersum, & docete omnes gentes. Verū, ego nō possum satis admirari, qđ tot ac tanti viri, cōtra tam expressas scripturas, tam euidentem experientia, omnes oues Petro arrogat. qui tamen vnanimiter cōfiteri coguntur, singulos Apostolos in suas sortes esse missos. & Paulum de celo in Apostolatū gentium vocatū, ip quibus omnibus, quomō Petrum adhuc omnium pastorem asserere audemus? Qui nullū illorū misit, præsertim Paulum, vt ad Gal. i. multis verbis cōtendit. Sunt hęc tam aperta, vt cōfutatione opus nō videatur. Illi, inquit Marcus, pfecti, prædicauerunt vbiq;.

Mirat aliq; cōtra aperta scripturā & experientia stare.

SEQ VITVR ergo, aut Petro, et successori suo, nō esse omnes Christi oues cōmissas. aut oues, quas nō Petrus, sed Paulus & ceteri Apostoli pauerunt, ad oues Christi nō pertinere. quo, quid blasphemus? Ergo Corinthij, Galatæ, Philippenses, & alix gentes, quia nec pascente, nec pastores mittente Petro, pastæ, sunt oues Christi intelligendæ non sunt, sed quid moror in re tam aperta?

SI DICIS, at verbum Christi ad solum Petrū dicit, pasce oues meas. Respōdeo, nō dixit omnes oues meas, Alioquin, peccasset Petrus, si nō omnes pauerit solus, sine cæteris Apostolis. peccaret etiam hodie Rhoma, pontifex, quod non pascit, nec pastores mittit ad Turcas, & alias gentes.

QVIN aliud dicam. Ex isto verbo nihil potest cogi aliud, quam vt Petrus pasceret oues, quæ fuerunt ex ouili iudæorū, & sic nihil ad eum pertinere, nec ad Rhomanū pōtificem & successorē eius, aut nō ad solum eum pertinere. Q d' ex Apostolo paulo Gala. ij. proba, vbi Petrū vocat Apostolū circūcisionis, & se Apostolū gentium. Ergo, si quis pertinax esset, nulla vi possit cogi, hoc verbo Christi, aliud intelligi, quā pasturā ouium, quæ fuerunt ex circūcisione. Aut, si extenditur ad Rhō, pōtificem, iam nec prohiberi potest, quin ad oēs pertineat, & extendi pari negotio ad omnes queat.

SECVNDO, ego rogarem, vt adulatōres Rhō, pōtificis ommitterent, hoc terribilissimū verbum allegare, p statuendo primatu eius. neq; eū terribilius ego verbū in tota sacra scriptura legi, qd Rhō, pōtificem, & omnem pōtificem magis terrere possit. Primū, quia pascere, nō significat id, qd esse primū, aut principem. ideo, ex ipso nihil aliud probatur, quā qd Rhō, pōtifex debet prædicare, docereq; verbum dei. Q d' si hoc debet, iam ei deponendus est totus iste primatus, die & nocte in literis sacris versandū, pure orandum, periculis & morti pro verbo laborandū. breuiter, tota Rhoma, vt hodie est, lōge in aliam faciem mutanda. Desinant ergo, ppter deum, verba Christi spiritualissima, suis cupiditatibus aptare.

HAEC ENIM si Rhō, pōtifici aptantur, sequitur irrefragabiliter necessariū esse, vt doceat verbum, Aut, si non docet, nihil ad eum pertinet.

VERVM, magis obserua, Christus nō imponit pasturā Petro, nisi prius diligat. Obscuro te, quid hoc est? Nōne sequitur, qd si nō diligat, nō sit audiendus? At, quis nos certos faciet, de amore pastoris? Dubitabimus ergo, quem nam audiamus? Nam, si audire nobis pastorem necesse est, etiam illi amare Christū necesse est: aut, si amare Christū nō est necesse, nec audire pastorem necesse est. cum vtrunq; Christus copularit, nec pasturam, nisi amanti cōmiserit. quid hic faciemus? Scio, qd si recte pensaret hoc verbum Christi, quilibet Episcopus, desperaret se mediū vnius ciuitatis pascere posse.

Igitur hoc effecimus, qd ista autoritate nihil, pbatur, nec valet ad probandū primatū, si aut aliquid facit, tunc hoc vrgebit, nō esse Episcopus

Excludit obiectionem.

Aliter respondet.

In adulatoribus Rhō, pō.

Quid pasceret.

Aliud argumentum.

Vtinā quilibet Episcopus hoc Christi verbum pensaret.

DECIMAETERTIAE CONCLUSIONS,

**Nova gram-
matica.**
Inrerptatio.

scopū in ecclesia, qui nō doceat, nec docere aliquē debere, nisi diligat. Hoc in quā & nō aliud ista verba cōcludunt, nisi noua grāmatica vti dicat. Si diligis me, pasc oves meas, idem sit qd, si diligis te, esto primus super totam ecclesiam.

**Totius orbis
querela.**

RECTIVS ergo facies, si hoc verbū Christi, accipias pro exhortatione, imo præcepto, nō quo oves ad subiectionē, sed quo pastores ad diligendū Christū & pascendū populū astringantur. Porro, dilectio Christi (vt b. Augu, hic expōit) etiā mori p. ouib? Christi regit.

**O fœlix am-
bitio.**

ATQVE, vtinā hoc verbū ad se pertinere crederent rho, pōntifices. Hæc est em̄ totius orbis querela, qd dilectionē & doctrinā aliis relegantes, ad se nihil putant pertinere. intelligunt em̄ hæc verba, ad populū pertinere, vt per quæ cogere ad subiectionē omnes volunt, & tū pascua & auditū verbi (qd verba sonant) nemo ex eis intelligit. O fœlix ambitio, si quis vti quā inueniretur, qui oim pastor esse ambiret, quis hunc nō libentissime admitteret? Nuncaut libeter per mitterent cuiuscq, diligendi & pascendi officii, sibi vero titulū diligēdi & pascendi, & quæ titulū sequuntur, lucra scilicet & honores, re ferunt. **DESINB** itaq; a verbis Christi torquendis, quia ea quæ per hoc pōntifici tribuis, penitus auferunt, & omnia ea imponūt, quæ nō tribuis, & ille quā maxime exhorret.

**Eludit cau-
lum.**

AT dicis, pascere nō potest, nisi sit superior. Ergo licet nō faciat officii pastoris, nō per hoc superioris amittit locū. **R**espondeo, quid hoc ad me? Quere ergo alia verba, quib? locū potestatis asseras, hæc verba, aut amantē & pascentem requirunt, aut prorsus nulli conueniunt, nisi iterū noua latinitate, diligere plus his accipias pro eo qd est, præesse cæteris omnibus, Et pascere, omniū iura & opes possidere. Proinde, nihil mirū, si primatū tanto æstu quærunt, quæ si verbis in suo significato acceptis, gerere debent, nec deum ipsum p. primio essent expectaturi. vides ne ergo, quid sit illudere scripturas, seu, vt modestus dixi, ex frigidissimis decretis, primatum hūc probare?

**Noua latini-
tas.**

**Præesse, &
non diligere,
nec pascere
non Christia-
nū, sed mūda-
num officii.**
Subiectio

SEQVITVR ex his, qd præesse cæteris, & nec diligere, nec pascere, nō est euangelicū, nec; Christianū officii, sed mundanū & humanū. Dic mihi, si subditi erecti aduersus pōntificē, dicerent, nolum? te audire, nec habere pro pōntifice, quibus velles eos verbis cōpescere?

Expōitio.

Nūquid his, pascere oves meas? At ipsi dicent, qn̄ aut pascis; qn̄ diligis; vbi opus & res huius verbi; Ergo alio verbo cogendi essent nō isto. Quare sequitur qd, qd his verbis, nec vlla potestas, nedum primatus cōmittitur, sed potestatem habenti, officii diligendi & docendi imponitur, sicut Petro iam in apostolatū vocato, hæc dicuntur. Et hoc est, qd istos adulatores, verborū Christi oscitantes & sterrentes lectores, ab intellectu sano propellit, qd nō discernunt, verbū officii & potestatis. Vocatio Petri, fecit eum primū & qualem ipsi volunt statuere. Sed impositio officii, per verbū pascere, nullū ei maiorem gradū cōtulit, nec cōferre potuit, nisi dicant Petrū super seipsum etiā eleuatum per verbū pascere. Dicis aut. **SUFFICIT**, qd per aliū dicitur & diligit, nō est necesse, vt per se solū faciat, **R**espondeo, admi-

**Obiectioni
occurrit.**

to, sed hoc isto verbo Christi nō traditur. Et alio verbo, hanc licentiā astrui oportet. hoc verbū insuperabiliter cōcludit, Aut pastores esse debere, etiā per seipso amantes & docentes, Aut, si non per seipso amant & docent, nihil hoc verbū ad eos pertinere. Atq; ita nihil probatur ex ipso pro Monarchia Rhomana, sed potius cōtra pugnatur. cum tot amari & pasci ab vno, sit impossibile.

VIDEMVS quidē officiū diligendi & pascendi, a pōtificib; rho, tradi Episcopis, retento titulo pastoris & amatoris. & Epi eodē noīe seruato, tradunt curatis. Curati capellanis, nomē per oēs transit & hāret. officiū transit, & in nullo hāret. Sed & fratres mendicātes sumpto ab illis officio, strenue eos imitantur. Maiores & magistri officiū docendi fratribus terminariis imponunt, ipsi nomine officii cōtenti. ADEO molestū est verbum dei docere, diligere & pascere. propter qd vñ filius dei venit in mundū, misitq; spiritum sanctum, & omnia fecit, vt officium hoc esset officiosissimum.

QVOD si satis est per aliū docere, quid amplius facit Epūs quā laicus? Nōne vel Turca potest iubere aut permitttere, vt alius diligat ac pascat? Quid ergo necesse fuit Petro tot vicibus repetitis mādare hoc officiū, & tam instāter vrgeret? Est iste modus euangeliū interpretādi, Pisce oves meas, id est, permittte, iube, vt ali; pascat. Si ille alius item per aliū pascat, & tertius per quartū, ac sic sine fine, vsq; ad neminē, vbi manet verbū Christi? AVT qua decentiā, ceteri sequentes pascant, qñ primores & qui plus iis debent, nō pascūt? Cur Christus nō fecit idem: cur Petrus nō etiā otiatus per alios pauit?

IGITVR, si ista verba ad pōtificiā ptātem cogas seruire, in neruum res tua ibit. Et cōcludes a tēpore Gregorii Magni, nō fuisse pastorem in Rho, ecclesia. hic em̄ fere vltimus est eorū, qui sacras literas tractauerūt. QVARE, si gloriaris dictū esse Petro, diligis me plus iis, bene, fac hoc & viues, dilige plus ceteris, pascere plus ceteris. Et induentur arietes ouiu, & valles abundabūt frumēto, clamabunt, & hymnū dicent. Qd, si per diligere plus his, intelliges, maiore te alius esse, iam verbo Christi alienā intrudis intelligentiā. Nō em̄ aliquid iubetur subditis, per hęc verba, sed Petro. Nō dicit, Estote oves sub Petro, sed petre pascere oves. Et tamen illud volunt, hoc nolunt.

Credo itaq; manifestissimū esse, has duas euangeliū autoritates, nihil ad rem facere. & frigidissimū atq; inefficax esse, quicquid hucusq; per ipsas in hac re formatū est.

EX iis iam facile est decreta ipsa iudicare, quā infirmiter sua probent. Quod, vt clarū faciam, aliquot adduco.

PRIMVS est Leo. dis. xix. c. Ita dñs noster, inquit, Ihesus Christus, humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea, legis & prophetarum præconio cōtinebatur, per tubam Apostolicam, in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est. In omnem terram exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius mōneris sacramenta, ita dñs ad oim apostolorū officiū pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, omnium apostolorū summo, principaliter

Qui nō ipsi diligūt & pascunt, ad eos nihil hoc verbū pertinet. Titulo tenentur pastores, qui per alios pascunt.

Diligere & pascere molestum.

Nō satis est per aliū diligere & pascere.

Malo ex mō primores ipsi nō pascūt, sed tñ tōdēt.

Torquenti hęc ad pōtificiā ptātem, fortitudo in neruū erūpit.

Si diligis plus ceteris, pascere plus ceteris.

Aliena a verbis Christi intelligentia.

Summa

Ex iis decreta quæ facile æstimant.

Verba Leonis,

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

collocaret, vt ab ipſo, quaſi a quodā capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe intelligeret diuini myſterii eſſe, qui a Petri ſoliditate recederet. hæc ille.

Leo hic hūa
na paſſus.

QVIS obſecro, nō videt, ſanctū & eruditū hunc virū, humana paſſum? Nam, ſi per ſoliditatem petri, intelligit fidem, qua petrus Chriſtū cōfeſſus eſt Matth, xvi. recte & euangelice dicit. Hæc enim fides eſt petra, a qua petrus nomen habet. A qua, qui reſceſſerit, merito exors eſt diuini myſterii. VERVM, ſi per ſoliditatē petri, intelligit iuriſdictionem & poteſtatem petri, & Rho, pōtificis, quilibet facile capit, qđ verbo euangelii abutitur & fallitur. Nōne omnes Apoſtoli fuerunt in ſoliditate petri, & tamen ſub r homana eccleſia nō fuerunt? Sanctus Stephanus & alii, a paulo perſecutionem paſſi, in ſoliditate petri fuerunt, anteq̄ r homana eccleſia fieret.

Oēs apłi fue
rūt in ſolidi
tate petri, nō
tñ ſub Rho,
eccleſia, ſic &
ſ. Stephanus.

Trahit ad
ſingularē per
ſonā, qđ de oī
bꝫ dictū eſt.

Maniſe
ſte falſum.

DEINDE, eadem humani affectus labilitate, dicit in Apoſtolo petro principaliter collocatū munus docendi, trahens ad ſingularē petrū, qđ propheta plurali & indiſcreto numero dixit, Sonus eorum & verba eorum.

SED & hoc manifeſte falſum eſt, qđ petrus, caput ſit totius corporis, a quo dona ſua Chriſtus in omne corpus diffundat. niſi intelligat partem eccleſiæ, quæ docente petro erudita eſt, vt eſt latina & occidentalis eccleſia. Nam, etiā per alios Apoſtolos, præfertim paulum, dona ſua diffudit in multo plures, quā per petrum. vt mihi miraculū ſit, tam profunde huius pōtificis mentem fuiſſe occupatā, vt hæc ſcribens, nō meminiffe potuerit pauli & aliorū Apoſtolorū. Si ergo dixiſſet, per quem dona ſua in corpus diffunderet, recte dixiſſet ſed in omne corpus, nimium dictum eſt.

Verba Leo
nis.

SEQVITVR idem Leo, Hunc (petrum) em̄ in conſortū indiuiduæ vnitatis aſſumptū, id qđ ipſe erat, voluit nominari dicendo, Tu es petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei, in petri ſoliditate conſiſteret.

per ſolidita
tem petri, vi
dei p̄tate rho
ma, eccleſie nō
recte ſignifi
ficare.

ITERVM per ſoliditatem petri, nō fidem vniuerſalis eccleſiæ, ſed poteſtatem Rho, eccleſiæ ſignificat. & verbū Chriſti, ſub perſona propria petri, nō autē eccleſiæ, accipit dictū, vt dare ex ſequentibus patet, vbi dicit. Verū, hanc firmitatem petri iſtius ſanctiſſimā, deo (vt diximus) ædificantē cōſtructam, nimis vult impia præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauēdo ſuis cupiditatibus, & id qđ accepit a veteribus non ſequendo.

ECCE, ſeipſum exponit, ſoliditatem petri, eſſe poteſtatē rho, eccleſiæ: idem per ſecretiſſimā fidem ſpiritus, & externā iuriſdictionis poteſtatem intelligens, nō ſine verbi euangelici iniuria. NON ergo infringit ſoliditatem petri, qui ſub legibus rho, eccleſiæ non viuit, ſed, qui non id credit, quod petrus confeſſus eſt.

proteſtat ſe
hmōi decre
ta nō dānare

PROTESTOR autē ego, qđ decreta quidem huiusmodi nō dāno. Nihil em̄ meæ ſaluti deperit, ſi tolero alicuius violentam ſcripturæ interpretationem, modo vera & legitima intelligentia iuxta lab

ua sit. Sed hoc adnotor, vt rem & fidem nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quauis em̄ eiusmodi abusiones scripturæ valeant pro iis, qui iam credunt, & tolerandæ sint: tamē oportet etiam, si cum contentiosis oriatur bellum, habere simplicē & germanū sensum Christi, qui stare in acie victor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus. NEQVE em̄ cum illis sentio, qui rho, pontifices nō errasse putant, & apud eos solos esse veram scripturæ intelligentiā, cum longe contrariū hic & multis aliis locis videatur. homines fuerunt, sicut & cæteri Episcopi. NEQVE sane grande miraculū est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambuisse primatū, quando & ipsi apostoli præsentē Christo, non solū ambuerunt, sed etiam non semel inter se contenderunt, quis eorum videretur maior. Sicut ergo Christus benigne tulit eorum humanitatem, ita & ecclesia talium pontificum ambitionis reliquias ferendas discit, & decreta eiusmodi, ideo non penitus rescit. ILLIS porro & manibus & pedibus resistendū est. Qui non contenti, qd̄ huiusmodi decreta humiliter ferimus, sed eo insaniūt, vt tanq̄ nō sit aliud in scriptura sensus, ea pro necessariis articulis fidei nobis sancire, & omnem alium sensum hæreticum proclamare audent, omnia sine vllō iudicio legentes. qua temeritate necessario tandem fit, vt legitimū Christi sensum amittamus, & in humanū arbitriū & arenā ædificemur.

SI ENIM verū esset, qd̄ hic Leo iste dicit, & tanq̄ diuino præcepto eius verbis obediendū esset, iam tota orientalis ecclesia, ab initio sui vsq; ad finem, fuisset exors diuini mysterii. quia nunq̄ sub rho, ecclesiæ potestate fuit. Tolerandus itaq; error huius Leonis: non aut̄ propter eum alius & verior sensus relinquendus.

SECUNDVS est Leo, iij. dif. xx. c. de libellis dicens. Quam ob causam, luculentius & magna voce pronunciare non timeo. quia, qui illa (quæ diximus) sanctorū patrū statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, siue sit Ep̄us, siue clericus, siue laicus, nō indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam, nec apostolicā fidem, nec quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectū suum retinere, vel credere probatur.

VERE, nimis nihil times, mi Leo, pronunciare, audens humana statuta euangeliis æquare & audacter satis affirmas, iis non seruatis, nec fidem catholicam seruari. Si de contemptoribus, & iis, qui sub te sunt diceres, recte diceres. nunc contra, quando mores & fidē, traditiones cum euāgelio, verbū hominū cum verbo dei confundis, nōne homo es? Quis ferat, vt euangeliū & fidem non seruare puretur, qui sub statutis illis non fuerit? Tu cum tuis serua statuta & canones, illis, qui sunt in oriente, alia sunt statuta, sed idem euangelium.

TERTIVS, dif. xxi. c. Clero, qd̄ capitulū ego nunq̄ credam esse ab aliquo rho, pontifice constitutū, sed videretur Isidori cōmentū esse. Qui Metropolitim mensurā ciuitatis, & Acolytū ceroferariū, aliosq; gradus egregia inscitia describit, & inuenit tamen autoritatem. Pontifex, inquit: princeps sacerdotū, est vel esse dicitur, quasi via sequē-

Laudabile studiū Mar, Lutheri.

Dissentit ab iis, qui solis rho, pō. verā scripturæ intelligentiam arrogant, & pon. ambitū onis excusat.

Infanientib⁹ totis iuribus resistere, necessarium.

Leo hic non audiendus.

Tolerāndus Leonis error sed nō sequēdus.

Verba Leonis.

Nimis audacter Leo pronunciat.

Leo, homo

Isidorus.

DECIMABERTIAE CONCLVSIONIS,

Quo hæc
ore: q̄vultu:

titum. Ipse em̄ summus sacerdos, ipse p̄t̄ifex maxim⁹ nuncupatur. Ipse em̄ efficit sacerdotes & leuitas, ipse oēs ordines ecclesiasticos dis-
ponit, ipse q̄d vnusquisq; facere debet. antea aut̄ p̄t̄ifices & reges
erant. Nā, maiorū hæc cōsuetudo fuit, vt rex esset sacerdos & ponti-
fex. vnde & p̄t̄ifices rhomani imperatores appellabantur.

Opponit ei
contraria de-
creta.

HVNC diuinatorem contemptū præteritū cum erroribus
suis, nisi viderem hinc sumi hodie a nōnullis, q̄d papā imperatorem
maximūq; pontificem, iactant. Ideo, nō inter canones, sed inter ca-
nes hunc deputo. & ne id sine iudicio faciam, opponam ei cōtraria
decreta, quæ simul sententiā nostrā iuuabunt. Dicitur enim
dis. xcix. c. prime, primæ sedis Ep̄us, nō appelletur princeps sacerdo-
tū, vel summus sacerdos, aut aliquid hm̄oi, sed tm̄ primæ sedis Ep̄us.
Et sequitur. Vniuersalis aut̄, nec etiā rhomanus p̄t̄ifex appelletur.

Nota s. cano-
nes plus pec-
care in rho,
p̄o. q̄ Luthe-
r⁹ vnq̄ ausus
sit cogitare.

HIC ego in iudiciū voco ipsos canones & canonicas, doceant
me quæso, quid hic dicam. Iste canon probatus est, sed vide quanto
maiora crimina cōmittat in summū p̄t̄ificem, quā ego vnq̄ ausus
essem cogitare. PRIMO, nō solum frigidus asserit, sed & negat
& prohibet, ac damnat eos canones & canonicas, qui rho, pontificē
principem, caput, summū, maximū appellant. Deinde primatum ei
auferens penitus, eum reliquis primarū sedium Ep̄iscopis, id est, pa-
triarchis, æquat. Vbi sunt ergo, qui me noua posuisse garrunt, qui tri-
gidissima decreta dixi superiora, & credo, non inique. Nam hic canon

Vide q̄so,
q̄ iniq̄ sunt q̄
dā in Luthe-
Ruffini,

Conciliū Aphricani, eo plus illis præferendus est, quo longius ab am-
bitione recedit, & euangelicam modestiam sapit.

Huc spectet
Ruffinus, vt
idoleat, sapi-
atque dolent
do.

QVI ergo me hæreticū accusant, obsecro, parcent saltem huic ca-
noni, si mihi nolunt parcere. Ego omnia admisi, quæcunq; rho, p̄t̄ifi-
ci hodie tribuuntur, rem non nego, factō non cōtradico: sed de iure ei⁹
disputo. & sentio, q̄d nō iure diuino, sed decretis hominū, talia tribu-
antur. Quid amplius faciendū mihi est? An non solum debeo factū
cōfiteri, sed etiam mendacis & corruptionibus scripturæ idem sta-
bilitate: Absit.

Ruffine, &
huc ad Pela-
giū respice,
vt inuideas,
simpl̄ illachry-
mesq; viden-
do.

IGITVR damner, quantū volunt. hic habeo canonem, qui dam-
nat rho, pontificem, vniuersalem pontificem vocari, q̄d ego tm̄ nunq̄
damnaui. Sed addamus plura.

Prohibet, ne
quisquā v̄tis
appellet̄ pon-
t̄ifex.

IBIDEM Pelagius omnibus Ep̄is scribit in hunc modū. Nullus
patriarcharū vniuersitatis vocabulo vnq̄ vtatur. Quia, si vnus pa-
triarcha vniuersalis dicitur, patriarcharū nomen cæteris derogatur.
Sed absit hoc a fidelibus, sibi velle quæpiam arripere, vnde honorem
fratrum suorū imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Quia
ppter charitas vestra, neminē vnq̄, etiā in ep̄istolis suis, vniuersalē
appellet, ne sibi debitū subtrahat, cum alteri honorem infert indebi-
tum. Vides, quod honoris fraterni imminutio sit, si vnus omnibus
præferatur, etiam rho, pontifice autore.

IBIDEM b. Grego, Eulogio patriarchæ Alexandrino, Ecce in
præfatione ep̄istolæ, quā ad me ipsum, qui phibui direxistis, super-
bæ appellationis verbum, vniuersalem papam me dicens, imprimē

re curastis. Quod peto mihi, dulcissima sanctitas vestra, vltra nō faciar. quia vobis subtrahitur, quod alteri plusquā ratio exigit, præbeatur. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos, honorem suum perdere cognosco. Meus namq; est, honor vniuersalis ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. Si em̄ vniuersalē papam vestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba, quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerant.

Obsecro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, qđ frigidissima de creta vocauit aliquorū rho, pōtificū, forte confictorū noim? qui ista secutus, debueram appellare verba veritatem infantia (id est, leuem & vanam facientia) & charitatem vulnerantia. Quid si ego ista dixissem: esse videlicet non modo inefficacia, sed etiam inimica veti tati, & contraria charitati?

HIS adde & senas ferme epl̄as b. Gregorii in Regestis suis, qui bus ad imperatorē Constantinop. & patriarcham eiusdem, acerrime idem psequitur: protestans, oblatū fuisse a Concilio Chalcedonē, rho, pontifici, hunc primatū, & tñ a nullo assumptum.

QVOD si dixerint Canonistæ nouelli, esse hæc abrogata, vel per consuetudinē desuisse, Gratiā ago, hoc volui. Sequitur ergo, quod non verbis euāgelicis, & iure diuino iste primatus iter, Sed iure hominum & vsu, hoc admitto, hoc cōfiteor. alioquin, si iure diuino staret, nunq̄ debuit non esse & fuisse, & peccassent mortaliter hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuinū, & euangeliū deprauantes. Quando ergo iura humana sic eum asserunt, vt per verbū euangeliū contentur probare, nonne necesse est, vt frigidissime & inefficacissime & violentissime id faciant: sicut videmus in prædictis, & nūc ecce amplius videamus.

Quartus, Anacletus. xxi. c. in nouo. In nouo, inquit, testamento, post Christum dominum, a Petro sacerdotalis coepit ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente, Tu es Petrus &c.

HAEC si intelligit, quod sacerdotalis ordo coepit a Petro in ecclesia latina, potest vtcunq; sustentari, quemadmodum & b. Cyprianus epistola tertia, Sedem Petri principalem, & vnde sacerdotalis ordo coeperit, appellat. aut sic coepit, quod Petrus, primus inter æquales Apostolos fuerit. Si autem intelligit, quod a rho, sede omnis ordo sacerdotalis, primo & solum veniat, ex dictis satis patet, quā sit erroneum. nec hoc tunc Anacleti est decretum, sed ficti alicuius Anacleti palea.

Quintus, Pelagius, eadem dif. xxi. Sancta rhomana ecclesia catholica & Apostolica (forte quod cæteras, nec sanctas, nec catholicas reputat) nullis synodicis constitutis, cæteris ecclesiis prælata est. Sed euangelica voce domini & saluatoris nostri primatum obtinuit, Tunc (inquit) Petrus,

Hæc b. Gregorii verba, oēs Ruffini, nō penit? inuidia cæci, vlt oblique adspiciant.

Quid? si dixisses, Ruffinis hæretic? esses.

Heus Ruffine, Gregorio ausculta.

Vt qdam faciunt Ruffini parasita. Ruffine, qđ nunc Grego. & Pelag. tibi sūt hæretici?

Verba Anacleti.

Anacleti palea.

Verba Pelagii.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

Hic plus caeteris aude.

Noua grama-
tica docemur
facras literas
ita iterptari,
Tu es petr⁹,
id est, prim⁹.

Tibi dabo
claves, id est,
soli R. eccl^{ae}.

Super qua pe-
tram rhoma-
na eccl^{ia} aedi-
ficata est: no-
super petra. i.
sua praec, nec
super petra. i.
fide, ergo su-
per nihil.

Toleranda
sunt frigidis-
sima qda de-
creta, no ad-
randa.

Pessima co-
sequencia.

Excusat Pe-
lagiu. & po.

Papa Nico-
laus.

Hic magis erumpit & aude, non tm contra praedicta di. xcix. ad-
ducta decreta, Sed etiam qd verbum Christi ad Petrum, oino tor-
quet de fide, ad potestatem iurisdictionis & pompam primatus, deinde,
de, solam Petri personam in verbis Christi accipit, reiecta persona
ecclesiae, qua vere Petrus tunc gessit. Ergo noua grammatica, Tu
es Petrus, significat, tu es primus. & tibi dabo claves, id est, soli rho-
manae ecclesiae, caeteris ecclesiis nihil habentibus. sed piget me omnia
comemorare. In summa (vt dixi) si his verbis Christus rho, ecclesiam
significauit, cum rho, ecclesia vix vicesimo anno ecclesiae primitiua
nata sit, sequitur, qd ipsa primitiua non fuerit ecclesia: & deinceps om-
nes, quae claves ex rho, ecclesia non acceperunt, Christo inobedientes
fuerint. Et ita s. Stephanus, cum tot milibus martyrum orientalis ec-
clesiae damnati censentur. Vt omittam, qd si per verbum Christi
potestas rho, ecclesiae intelligeretur, vt hic vult, & Christus super
hanc petram, ecclesiam suam se aedificare promittat, sequitur, qd vni-
uersalis ecclesia non super fidem, sed super potestatem rho, ecclesiae
aedificata est: super quam tunc ipsa rho, aedificata est: non super petra
id est, suam potestatem, nec super fidem, ergo super nihilum. Qui
ferat haec? Vides ergo, qua possum inuehi in istos hominu sensus, si
vellem libere agere. nunc aut sufficit mihi ostendere, qd his decretis
contra hostes, & in contentione nihil effici potest. sunt em languidissi-
ma, frigidissima, & penitus ineptissima, ad contentionem. Sat est, qd
tolerantur pro fraterna charitate, non etiam adorentur pro solida
& germana veritate.

SED ne hoc ferendum est, qd infert. In iis omnibus quato gra-
dus celsior, tanto maior autoritas inuenitur. In maioribus siquide est
regendi iubendiq; potestas. In minoribus obsequendi necessitas.

Vide, vt necessitate omnibus imponit, & sibi soli (contra cha-
ritatis officium) libertatem arrogat, sed pessima consequentia.
Non em mox maior autoritas est, vbi gradus celsior est. Petrus em
primus apostoloru fuit, sed nullam in eos autoritatem habuit vnq.
im mo contra, Apsti in Petrum habuerunt autoritatem, vt Act. viii.
scribitur, qd apli miserunt Petrum & Iohannem, qui tunc primores
erant inter aplos, & tamen missi sunt ab aplis, tanq maioribus, ad Sa-
mariae fideles. Labitur ergo Pelagius hoc loco satis aperte. quanq
ego credo, hos & similes Canones, nihil praeter nomen de rho, ponti-
ficibus habere. Esse aut copositos ab eorum officialibus & scribis, in
theologia parum doctis. Ideo nihil euangelicum, nihil ecclesiasticum
spirant: sed humanum affectum, carnem & sanguinem.

SEXTVS, Nicolaus papa eadem dist; c. inferior, volens robu-
stissime probare, qd inferior non potest superiorem absol uere (intel-
ligit aut Constantinopolitanam ecclesiam inferiorē, Nam haec mul-
toru Canonum causa fuit pro isto primatu) inducit illud Isaiae. xiiij.
N inquit gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabit
ferra contra eum, qui trahit eam: His: inquit: ex diuina sc iptura com-
memoratis, sole clarius exhibuimus, no posse quenq, qui minoris au-

uoluntatis est, eū qui maioris potestatis est, iudicis suis adicere. Quis
nō miretur, adeo iste autor sub nomine papæ, scripturas tractat ap-
positæ. deum facit ex papa, cæteros episcopos, nō fratres, nō homines
saltem, sed instrumenta facit. Hoc est nimirū, sole clarius exhibere, id
est, tenebras offundere.

Vt omittam, qd hoc syllogismo probat, non posse inferiorem su-
perioris esse iudicem. qui probandū suscepit, quis esset superior &
inferior, tam apte & acute disputari dignus fuit iste primatus ambi-
tionis foedissimæ.

DEINDE, in fine, Rhomanā ecclesiam matrem vocat omnium
ecclesiarū. In quo mirum est, cuius filix & discipulæ fuerunt ecclesie
iudææ, de quib⁹ Paulus ad Galatas dicit. Eram ignotus facie ecclesie
iudææ: Et quæ ecclesia fuerit, quā Paulus vastabat. Siquidē Rhoma-
na ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri, qui Hierosoly-
mis erat. Quid queso Hierosolymitana ecclesia didicit a Rhomanā?
Cur mentitur Paulus Rho. xv. dicens, pauperes sanctos in iudæa, iu-
ste accipere collectam a Rhomanis & aliis gentibus, qd spiritualiū
illorum participes facti essent, quo verbo apłus Hierosolymitanam
ecclesiam, matrem, matricem, radicem signat omniū plane ecclesiarū
totius orbis, etiam Rhomanæ, qd & verum est. Quis em negare
potest, ecclesiam gentiū, posteriorem esse ecclesia iudæorū, & ex hac
illam natam: cum tot in locis hoc de gentibus propheta prædixerint,
cum in actibus discipuli dispersi solis iudæis prædicasse verbum, &
de gentium salute, stupuisse legantur. Et Paulus rho. xv. iudæorum
ministrū fuisse Christū, & gentes misericordiam consecutas, ad rui-
nam iudæorum doceat. Sed & Christus Iohan. iij. Salus inquit: ex iu-
dæis. Modeste itaq; dixisset, Matrem ecclesiarū, matrem vero omniū
ecclesiarum, hyperbole est nimia.

SEPTIMVS, Nicolaus iterum dñs. xxij. c. omnes, de quo textu
nescio quid dicam. Nam prope corrigo meam propositionem, & di-
co, qd rho, ecclesiam aliis esse superiorem probatur, ex deliramentis
cuiusdam ineptissimæ palæ, nomine Rhomanorū pontificū, eccle-
siam Christi illudentis. Audi, queso per Christū, qui hic dicat.

Omnes inquit siue patriarcharū, siue cuiuslibet apicem, siue me-
tropoles, primatus, aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarum cuius-
cunq; ordinis dignitatem instituit Rho, ecclesia: Illam vero ipse solus
fundauit, & supra fidei petram mox nascentis erexit. Qui beato Pe-
tro æternæ vitæ clauigero, terreni simul & coelestis imperii iura
commisit.

ROGO te lector, de Rhomanis pōtificibus, & ipsa Rhomana
ecclesia, tot milibus martyrum in celo & terra fulgente, alia quæ po-
tes, sentias: modo propitius tibi sit Christus, ne hoc decretū credas,
editum ab vilo Rho, pontifice, saltem sciente.

PRIMVM, verbo Christi solam Rhomanā ecclesiam fundatā
garrir hic impius, quisquis est, Rho, nominis ementitor. Cæteras au-
tem (sequitur) non Christus, sed rho, ecclesia fundauit, quia rho, eccle-

Hic ex papa
facit deū, cæ-
teros epos,
nec fratres,
nec hoies, sed
instrumenta.

Cuius filix
& discipulæ
fuerunt eccle-
siæ iudææ, q̄
lōgo tēpore
ante rho, om̄
matrē fuerūt

Ecclesia gen-
tium, posteri-
or ecclesia iu-
dæorum,

Nicolaus.
Prope corri-
git in pro po-
sitione, fri-
gidissimis de-
cretis, per de-
lyramēta cu-
iusdā ineptis-
simæ palæ,

Appellat leg-
torem,

DECIMAETER TIAE CONCLVSIONIS,

Supra quam
petrā q̄lo ali
as ecclesias
erexit;

fiam supra fidei petrā erexit, supra quā petram quāso alias ecclesias
erexit: An supra harenā: Non credunt idem rho, ecclesia, & alia eccle
siae: Non sunt ipsae etiā ecclesiae: Si sunt ecclesia Christi, cur tu impiis
simo ore resistis Christo dicenti, Super hanc petrā ædificabo eccle
siam meā: Quid significat ecclesiam meā: Non est nisi vna rho, ecclesia,
sua ecclesia: Si autē quælibet alta, etiā ecclesia christi est, & christus af
firmat eā ædificandā supra petrā fidei, impio iam errore dicitur ad so
lā ecclesiam rho, pertinere, & nō ad alias oēs. Te nunc appello, lector,

Recti? talia
decreta impi
issima q̄ frī
gidissima di
xeris.

ut iudices, an hæc decreta modeste, an immodeste, frigidissima dix
erim, quæ verius impiissima dicere debuisses. Nō qd rho, pōtificum
sint, sed qd noie eorū vulgentur, & per ipsa iam multis annis adulen
tur summis pōtificibus, has insanias nihil curātibz, quin & suaviter
audietibz. Igitur euāgeliū, hoc interprete, sic intelligimus & locuple
tabimus. Ego supra fidei petrā ædificabo ecclesiam meā rhomanam,
Rhomanā aut ædificabit supra suam sententiā ecclesias suas, nō me
as, quia meā, supra fidei petrā ædificabo. Ecce nunc eant adultores,

In adulato
res,

& statuāt nobis scripturæ sanctæ interpretationē, ad rho, pontificis
scribas pertinere. Deinde vide, quid sit in curia rhomana, iuristas do
minari: & sine theologis ac sacris literis, de sola ptate, & spūsancti
pūria præsumere, hoc est, per solā potentiam scripturas tractare. Care
rū, iuxta Augustini regulā: Et rho: Et omnis pontifex subiacet cuiusli
bet fidelis etiā iudicio, maxime in materia fidei.

Res oīm la
chrymis dig
na,

IAM illud, quā euāgelice dictū est, quod cœlestis imperii & ter
reni iura Petro commisit, obsecro, non est hæc res omnibus lachry
mis digna, quod hæc non modo legere, sed etiam credere pro oracu
lis spiritus sancti vrgeamur, & ita vrgeamur, ut ignem minentur,
si contra quid mutiamus: Atq; ita fit, ut hæc maiore timore & religi
one amplectamur, quā vllum aliud, vel fidei, vel morum præcep
tum diuinum, vbi ignem nemo minatur, quin glorificantur, & ad
huc bonum statum ecclesie somniamus, nec Antichristum in medio

Blasphemia
impiissima,

templi agnoscimus. Igitur, vox ista blasphemica est impiissima,
quod Petrus iura cœlestis imperii teneat, cum solum ministerium
verbi teneat in terra, christus solus sit dominus cœli & terræ. Dein
de, imperium terrenum, & christus docuit, & Petrus contemere.
hic non solum non habere, sed etiam iura eius in manu Petri consti
tuit. Hinc secutum est malum, quod adultores, tho, pontificem, in
vtrōq; regno dominum constituunt, quod nec christo quidem da
tum est, qui suum regnum negat ex hoc mundo esse. Mirum autem,
quod Petrus Neronem principem passus est, non modo in Rhoma

Error Sylve
strorum &
Ruffinorum

Pereant ista
arrogantissi
ma verba,

sed etiam in sua cruce, qui potuit ei iura terreni imperii auferre, aut
certe friuolum & impium est, successorem Petri hoc præsumere, qd
in petro non fuisse cernitur. Pereant ergo, arrogantissima vocabu
la ista, imperii, iura imperii, cœlestis & terreni imperii. Soli deo hæc
conueniunt, ministro ecclesie & sacerdoti, christi seruo, modestiora
tribuantur.

Sequitur eadem palea.

NON ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, quo constructū est cælum & terra, per quod deniq; omnia condita sunt elementa, rhomanā fundauit ecclesiam.

Verba pa-
lex.

VIDE MONSTRA, aut hæc de sola ecclesia rhomana dicuntur, & sequitur, omnes alias ecclesias esse terrena sententia statutas, & sine verbo dei, sine quo nihil factum est, quod factum est. & sic omnes alæ ecclesiæ sunt nihil. Aut simul etiā de aliis ecclesiis intelligendum est, esse scilicet eas per verbum dei, quod omnia condidit, statutas. Et sequitur hinc, nihil singulare de rhomana ecclesia dici, nisi inanem pompam syllabarum. Et ita decretistam hunc, aut intolerabili impietate, negare cæteras ecclesias vna cū christo, aut seipsum sua inscitia manifestissime irridere.

Vide mon-
stra.

Sine verbo
dei, nihil fac-
tum est quod
factum est.

QVOD si de constitutione ecclesiarum, iuxta dignitatis gradus loquitur, non iuxta substantiam, patet ex prædictis, quā peruerse, hoc verbum christi, de fide totius ecclesiæ vniuersalis, torqueat, ad potestatem vnius hominis. Christus suam ecclesiam supra petram edificare se dicit, hic vero non, sed dumtaxat rhomanā, hoc est, cæteras ecclesias nihil facere, & christum negare.

Verba Chri-
sti torquet,
ad vni⁹ hois
potestatem.

PORRO, si cæteræ ecclesiæ sunt terrena sententia statuta, & hanc sententiam rhomanæ ecclesiæ esse dixit, suo ore sese damnat, suam sententiam esse terrenam, non diuinam, dicens. Et vbi manet, quod vocem Petri, tanquam diuinam, & non terrenam audire oportet; porro, quis constituit ecclesiam Hierosolymitanam, antequā ecclesia rhomana esset? An non petrus, verbo dei rhomanam ecclesiam constituit? Verum si de dignitatis constitutione loquitur, non de substantia ecclesiæ,

Suo ore se dā-
nat.

Petrus ver-
bo dei ecclesi-
am constituit,

Tunc arguo sic.

Rhomanæ ecclesiæ est diuino verbo aliis superior constituta, ergo necesse erit, vt eodem verbo cæteræ ecclesiæ sint ei inferiores statuta, quia, non potest statui superior, nisi sint quibus superior statui possit. Vbi ergo est, quod supra dixit, Inferiores cæterarum ecclesiarum ordines a rhomana ecclesia instituit, non verbo diuino, quo vult sola constitui ipsa: Nam, quomodo christus potuit statui dominus, nisi simul gentes & termini terræ subiicerentur, & mōs Zion, cui rex præficeretur?

Forte argu-
mentū & ne-
cessarium.

ADDE HIS, si quis dicat, si rhomanæ ecclesiæ diuino verbo fundatur super omnes, oportet ergo, & eas certas nominari, quæ verbo diuino subiiciantur. Age, esto ergo hæc sententia diuina, rhomana ecclesia est aliis superior, dic vbi scriptū sit eius correlatiuum, Ecclesia Mediolanens. est ea inferior, aut vlla alia? Si nulla nominat, nulla subesse debet, præcepto saltē diuino. Quid hic melius dici potest, quā quod verbū christi, nec de superioritate, nec inferioritate ecclesiæ tum intelligi possit, Sed de sola, eadem, inuictaq; fide & potestate

Aliud argu-
mentum.

DECIMAERTIAE CONCLUSIONIS,
omnium ecclesiarum æqualiter. Vides ne, quid sit sacras literas pro
humano affectu, & sine timore dei tractares
SEQ VITVR.

Priuilgium
rho, ecclesie,
aut oib? eccle
siis iure diuino
est cõe, aut
rho, ecclesia
nõ habet pri
uilegium, qñ
oës super ean
dẽ petra ædi
ficatæ sunt.

Quidã hac
miseria & in
ani palea, pri
uilegiũ rho,
ecclesie venti
lant, qdlibet
vel Christiũ
negari patie
tius ferentes,
quã hanc pale
am.

Peccat cer
te, q conat &
nõ perficit.

Per petra
fidei intelli
git munda
nã dñationẽ.

Excudit pa
leam.

Spiritu ad
carnẽ, Chri
stũ ad mũdũ
trahit hæc pa
lea, quã q se
quit sane vix
est christian?

Illius certe priuilgio fungitur, cuius autoritate fulcitur. Vide
quæ corollaria inferat. verbum Christi, de fide ad potestatis signifi
cationem detortũ. priuilgium sit rho, ecclesie in verbo, qd cõmuni
ter omnibus ecclesiis cõuenit. quia Christus dicit, Super hanc petram
ædificabo ecclesiam meam. meam, inquit, meam. Si ecclesia alia quæ
libet est ecclesia Christi, ipsa certe ædificata est super eandem petra,
& nullum est vlli priuilgium. Si nõ est ecclesia Christi, & sola Rho
ma, est ecclesia, priuilgium non stat. quia nulla est ecclesia, cui Rho
mana superior esse possit. Iterum dico, pronomen meam, aut signifi
cat solam rhomanam ecclesiã, aut omnem ecclesiã. Si solam, non ha
bet priuilgium præ cæteris. Si omnem, iterum non habet priuile
gium præ cæteris. Eligat ergo qd vult. per hoc verbum Christi, rho
mana ecclesia, aut erit sola, aut non erit prima. Alia ergo via pbã
dus iste primatus, quia illusionem hanc sui, euangeliũ Christi (vt vi
des) quã pulchre eludit, & (vt puerbium Salomonis habet) illudit il
lufores suos.

ET sunt tamẽ tam multi, qui ex hac misera palea, priuilgiũ rho,
ecclesie, passim pro articulo fidei, vel omnium primo & maximo iac
titent. patientiores, si Christum neges, quã si hoc priuilgium, verba
Christi peruertens, non adores.

Sequitur iterum corollarium, tali themas
te dignum.

VNDE non est dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesie ius suũ
detrahit, iniusticiam facit. Qui aut rho, ecclesie priuilgium ab ipso
summo omnium ecclesiarum capite, traditum (vide hiatum istũ Stẽ
torem) auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur.

ECCLESIA rho, non habet ius, sed priuilgium. Quod? quod
est supra petram fidei ædificata, hoc enim solius rho, ecclesie est, isto
autore. Deinde, petram fidei, intelligit pñationem hanc primatus ter
reni. Nam, hæc duo perpetuo miscet & confundit, hæc palea.

OBSECRO, quãta patientia est, ista tolerare? primũ sicut dixi.
Si petra fidem signat, eadem est omnium ecclesiarum, nullo reliquo
priuilgio. Si autem non omnium est eadem, sola erit ecclesia Rho,
non habens cui præferetur. Secundo, si petra fidei, dignitatem sig
nificat, iam sibi ipsi contradicit in eodem verbo, verbumq; Christi
adulterat, fidei significationem in potestatis significationem subuer
tes, & spiritũ in carnem, Christũ ad mundum trahens.

NON ergo est hæreticus, qui negat hoc priuilgium rho, eccle
sie. sed ille deprauator est verbi dei, qui per fidei petram intelligit,
priuilgium potentie temporalis.

QVOD aut in fine Ambrosium adducit, qui se matrem eccle
siarum asserit sequi Rhomanam, ytinam & ipse idem faceret cum